



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-189568-p0002-1

DFG

SK. 304

v. Milckau

Z c
6643

OCELLVS
ILLIBATO HYME-
NÆO ET CASTO
AMORI DICATVS,

*In solennitatem nuptiarum novis Sponsis,
PRIMARIA GENERIS NOBILITATE,
cum togatarum tum bellicarum virtutum laude floren-
tissimo viro IOBO à MILCAV in Thalvvitz,*

&

*NOBILISSIMÆ LECTISSIMÆ QVE
virgini DOROTHEÆ , nobilissimi & clarissimi
multarumq; rerum experientia fortissimi viri HEN-
RICI GOLDAXII in Berentz , Dioecesis
Hagelbergensis Senioris & Canonici dignissimi ,
dilectæ filiæ , decantatus*


à

M. HIERONYMO OPITIO
Camicense, 4. Idib. Maij.
ANNO M. D. XCV.

*Distichon annum , mensem & diem nupti-
arum continens.*

*LVX MaII ter q Varta parat bona p Ignora sponso ;
IoVa faVe Iobo , Dorotheæq Ve faVe.*

DRESDÆ , Typis Gimel Bergen.



OCCLP
LIBATO HYM

OTTO CASTI

MONS DIOCEST

ALLEGORIA - CEREBRIS VOBAT
CEREBRIS VOBAT
CEREBRIS VOBAT
CEREBRIS VOBAT

3.

MOZIPSUS - DICTASSE
DOROTHAE, impensisque
HIERONIMO OPTIO
RICI GOLDKHN in Bona, Dicte
Hedwigis Schone, C. monachorum
Gibet. Gifte, decantatores

5

M. HIERONYMO OPTIO

Canticum Iudeum M

INNO M. D. XCV

Difficiles mentes & quae
difficiles

LXXXV. Intra pectus pectus
Vol. IV. Vol. IV. Vol. IV.
DRESDEN. Typis Comitibus



Diffugere niues, canos hirsuta capillos
Cessat hyems, cæliq; furor mansuescit ab aura
Iucunda Zephyri, tempestatesq; nouantur
Vere nouo, dulces qui fertq; refertq; temores,
Meras delicias, risus, merosq; lepores.
Virtus insurgit genij, ingenijq; resurgit
Vis, nunc feruet amor juuenis, nimphaq; calecit
Flamma, redditq; iterum cunctis sua gratia rebus.

Hinc est, quod sub vere novo studioſa iuventus
Ad Musas redeat, multum sudetq; per arva
Palladia, ut possit summos ascendere honores.

Hinc est, quod multi dudum fera bella fecuti
Iam sub vere velint iterum se credere pugnæ
Ungaricæ, et grave Martis opus tentare sub hoste
Sævo, dum certis veniat victoria pennis.

Sed tu MILCAVI, præ multis nobilis heros
Virtute ac animo, qudm sis sectatus utrumq;
Musarum et Martis studium, testantur abunde
Præmia Musarum, nec non spolia ampla Mauortis,
Copia doctrinæ, morum vis, viuida virtus
Bello, quam in primis magna cum laude probasti
AVLÆ Dresdensi, ac ideo Capitaneus arcis
Annæburgensis factus, quo nomine clares,
Saxonie Ducibus tua jamq; notissima fama est

A ij Vite

Vite ~~me~~ aliud sectare genus, sepone cruentum
Martis opus, niueum, phaleratum et cursibus aptum
Scandito equum, loca amata pete, et tibi quære puellam.

Arx iacet, erectis nouiter circundata muri
Aggeribus, pulcris extructa sub æthera tectis,
Non nimis ampla quidem spacijs, at pisce superba
In numero, & fœcunda mero, fœcundaq; ligno,
Latino bene conueniens, hinc dicta NOVAVLA est.

Hac sedet aula heros Ioachimus, nobilis heros
ABISEBROV, qui præcipuus præfectus habetur
Venatus, per Saxonicum Mysiumq; Ducatum.
Illuc te confer, socium hunc pete, victor abibis,
Nam tibi monstrabit saltum venatibus aptum.

Sed quid id esse putem, quod ad hæc mea dicta subinde
Palles, quid trepidas, quid multum pectora tundis?
Auguror. an graue Martis opus, quatere oppida bello.
Gestis? num bellæ tetigit te cura puellæ?
Sic est: rem tetigi, tetigit te cura puellæ.
Hinc tremor, hinc pallor, hinc sunt suspiria? sic est:
Hæc Helena? hæc ne fera est, huc quæ te duxit? id
ipsum est.

I nunc sponse, para pedicas, & retia tende
Serica Dorothæe, nunc i, sectare sequendo
Hancce feram, verè fera non erit, accipe tela
Mollia, nam molles tractentur molliter, æquum est.

Nil

*Nil opus est ferro , nil milite , nilq; sagittis ;
Dux ipse , ipse pedes , sis signifer ipse , necesse est ,
Vincula sint tua Blanditiæ , Charitesq; sagittæ ,
His vinclis victam tibi se tua Sponsa locabit.*

*Sic puto , sed formosa oculis offertur imago
Ecce tuis , age quid dubitas , impensius vrge ,
Rumpe moras , hæc Sponsa tua est , firmissima iam nunc
Contrahē vincula , tua est , cæli indulgentia dono
Hanc prædam dedit , et voluit gens mollis amorum .
Eia age quam pulcra est , quam miscet iusta pudorem
Temperies , non labra rosæ , non iumina flammæ ,
Non crines aurum , non æquant colla pruinæ ?
Suspicio , applaudis . rides : tua costa reperta est .
Hem bene vicisti , juvenes quæ vicerat ante ,
Victa puella viro est , non vi valida , sed amore .*

*Ergo age magnificos Victor molire triumphos ,
Tantæq; in laudem prædæ noua carmina dicat
Quisquis , lo dicat quisquis bis terq; quaterq; .*

*Haud mora , clangorem renovant impulsa per ædes :
Tympana , dona ferunt famuli , mensisq; reponunt .
Crateras statuunt grauidos , & vina coronant .
Incedunt Nymphæ , & quæ cuiq; est copia , sponsos
Muneribus cumulant , cœlataq; pocula in auro .
Apponunt , veri monumentum et pignus amoris .*

*Tum sonitu fremituq; virum , plausuq; fauentum
Tota domus resonat , procerum pars surgit et haurit
Stans pateras , quidam has vertunt , iterumq; revertunt .*

A iiij Ingemi-

Ingeminant ludos juvenes, pedibusq; choreas
Instituunt, hæret pede pes, juueniq; puella
In volat, & cursus ineunt aliosq; recursus,
Ad placitum cytharæ, longo nunc ordine pergunt.

Post alij proceres solennes ducere pompas
Incipiunt, juvenum frondentes sumere ramos
Flos parat, ac faciem varia mutare figura.

Parte alia in cætum coëunt, atq; ignea torquent
Spicula, per liquidis nubes nunc ardet hirundo,
Nunc draco signat iter flammis, jam plurimus ignis
Terribili sonitu ejaculatur, ut illicet unda
Contremat, et matres retrahant ad pectora natos.

Non mihi Nasonis siue sit, siue Musa Maronis
Commemorare queam, quæ leticiæ atq; triumphus
Edita sint à nobilibus, fausto omīne, signa,

Sed MILCAVsis percarus, sis mille voluptas
Sponsæ DOROTHEÆ, et si forsan voce decente
Quærat, tu quid agis mea lux, mea vita, meum cor?
Dicas, ô animi mea lux, lucisq; voluptas,
Ipse ego perpetuo tecum, mea vita, manebo,
Ut mea sis, maneras, pignus sit dextera certum.
O utinam, multo cum venerit altera messis
Fænore, me faceres numerosa prole parentem,
Ut IOBVLVM cum DOROTHEA saltare
per aulam,
Currere, ludere, poma nucesq; reposcere cernam.

Cesso.

Cesso. Vos spectatores rogo quoquot adeſtis,
Quisq; locum proprium repetat, quia sidera ſomnos
Nunc ſuadent: Hymenæus adeſt: date munera plenis
Innuptæ, calathis, fautori affurgite veftro:
Linquite nunc thalamum: nec enim ſpectare licebit
Omnibus hæc ſacra conjugij, nunc claudite poſtes.

Sed tu Sponsa thorum rogo nunc ascende iugalem,
Atq; puellare ornementum proijce fertum,
Sic genialis Hymen veniet, zonamq; resoluet.

Factum, ſed noſtim quid vult ſibi ruptio zone?
Nempe alios moresq; iocosq; hic poſtulat ordo.

Defino, læticiæ ſatis eſt dulcisq; loquelæ:
Et quia temporibus ſua totum jura per annum
Debentur, noctis ſit jus, dare me.

ZG 6643 ØK

150
140

160




Pau 2d 6643, Ok

ULB Halle
004 833 643

3



Farbkarte #13



304
16

v. Milckau

OCELLVS
ILLIBATO HYME-
NÆO ET CASTO
AMORI DICATVS,

*In solennitatem nuptiarum novis Sponsis,
PRIMARIA GENERIS NOBILITAT-
te, cùm togatarum tûm bellicarum virtutum laude floren-
tissimo viro IOBO à MILCAV in Thalvvitz,*

&

*NOBILISSIMÆ LECTISSIMÆQVE
virgini DOROTHEÆ, nobilissimi & clarissimi
multarumq; rerum experientia fortissimi viri HEN-
RICI GOLDAXII in Berentz, Diœcesis
Hagelbergensis Senioris & Canonici dignissimi,
dilectæ filiæ, decantatus*

à

M. HIERONYMO OPITIO
Camicense, 4. Idib. Maij.
ANNO M. D. XCV.

*Distichon annum, mensem & diem nupti-
arum continens.*

*LVX Maii terq; Varta parat bona pIgnora sponso:
IoVa faVe Iobo, Dorothæq; Ve faVe.
DRESDAE, Typis Gimel Bergen.*

